


D E S C R I P T I O
B R E V I S S I M A

P R I S C A E V R B I S

R O M A E .



C O N G R A T I A E T P R I V I L E G I O .



V E N E T I I S A P V D C O M I N V M D E
T R I D I N O M O N T I S F E R R A T I .

M . D . X L I I I I .



A

Dg

450

1442

Schmidt 788

Dg 450-1442

Coll.
rom.





cus pi 303

1000

w 37

222	38
mi	510



P. B. emi a. mdcclxxxv


D E S C R I P T I O
B R E V I S S I M A

P R I S C A E V R B I S

R O M A E .



C O N G R A T I A E T P R I V I L E G I O .



V E N E T I I S A P V D C O M I N V M D E
T R I D I N O M O N T I S F E R R A T I .

M . D . X L I I I I .



A

Coll. Rom. 31 Descriptio

BIBLIOTHECA
MUSEI
LITTERARUM
ROMANAE

COMMISSARIUS ET DIRECTOR



1957. 15149

VENERABILIS PATRIS COMMISSIONARIUS
ET DIRECTOR
M. D. XLIII.

Coll.
rom.

De portis priscae urbis.

Porta nunc populi. Coelimontana.

Flamina seu flumentana dicebatur. 3.

Nunc pinciana. Isis & Serapis.

Collatina seu pinciana dicebatur. 4.

Salaria nunc. Templum pacis.

Collina uocabatur. 5.

Sanctae Agnetis. Exquilina.

Viminalis appellabatur. 6.

Sancti Laurenti. Alta semita.

Tiburtina nuncupabatur. 7.

Sanctae Crucis. Via lata.

Neuia appellabatur. 8.

Sancti Ioannis. Forum Romanum.

Coelimontana dicebatur. 9.

Sancti Sebastiani. Circus Flaminius.

Capena seu triumphalis uocabatur. 10.

Sancti Pauli. Palatium.

Trigemina dicebatur. 11.

Sancti Pancratij. Circus maximus.

Aurelia appellabatur. 12.

De porta uaticana. Piscina publica.

Vltima ex antiquis, porta fuit uaticana in ripa Tiberis. 13.

Auentinus. 14.

Regiones. Transiberina.

1. De Montibus.

Porta capenna. Mons tarpeius.

2.

Nunc Capitolinus uocatur.

Palatinus.

Erat ubi nunc dicitur palatium maius.

Auentinus.

Est ille ubi surgit Aedis Sanctæ Sabine.

Cœlius.

Est ille ubi imminet ecclesia Sancti Ioannis Lateranensium.

Exquilis.

Sunt ille ubi assurgit templum Sancti Petri ad uincula.

Viminalis.

Est ille ubi nunc assurgit ædis Sancti Laurenti in palisperna & Sanctæ Potentianæ.

Quirinalis.

Hodie mons caballus uocatur.

Mons pincius seu collis hortulorum.

Est ille ubi assurgit templum trinitatis.

Vaticanus.

Ille est ubi imminet palatium Pontificis.

Ianiculus.

Est ille ubi nunc assurgit ecclesia Sancti Honorij & S. Petri montorij.

De Fontibus.

De ponte sublicio.

Erat ad radices auentini iuxta naualia, extant adhuc uestigia in medio Tiberi, hic enim pons est ille in quo horatius cocles impetum hostium solus sustinuit.

Sanctæ Mariæ.

Senatorius seu palatinus olim dicebatur.

De pontib. S. Bartholamei.

Olim unus Fabricius, alter Cæsius dicebatur.

Sixto.

Ianuclensis uocabatur.

Vaticanus seu triumphalis.

Extant adhuc uestigia in medio Tiberi iuxta hospita-
le S. Spiritus.

De ponte castelli.

Apud ueteres Aelius dictus est.

De ponte mollæ.

Olim miluius seu moluius dicebatur, & extat ad duo
miliaria extra portam flaminam quæ nunc popu-
li dicitur porta.

De aqueductib.

De aqueductu aque appie.

Extant adhuc uestigia quedam ad radices montis testa-
cei, & altera ad arcum septem: Vesp.

De aqua martia.

Extant adhuc eius formæ, uia qua itur extrinsecus ad
S. Laurentium extra muros.

De aqueductu & fontib. aque claudie.

Extat adhuc aqueductus iuxta S. Priscam influebat. n.
iuxta portam nunc maiorem.

De anie ueteri.

Circa quartum miliarium uia qua latina in labicanam
itur arcus transit, et peruenit in regione uie no-
ue in hortos asinianos.

De Anie nouo.

Sublacensi uia ad miliarium xliij. sub riuo concipitur.

De aqua uirgine.

Ea enim est quæ fons triuij uulgo appellatur.

De aqua uiturna.

Scaturit adhuc in uelabro fons aquæ iuturnæ, quæ olim faciebat locum in foro iuxta templum uestæ ubi nunc est ædis S. Siluestri in lacu siue S. Mariæ liberatricis, quæ de torto aqueductu hodie in foro boario profundo scaturit fonte ad usum lauandi tantum.

De Thermis.

De Thermis Agrippinis.

Hodie magna extant uestigia post pantheon.

De Neronianis & Alexandrinis.

Post ecclesiam S. Eustachij extant adhuc magna uestigia

De Antonianis.

Iuxta S. Sixtum & S. Balbinam surgunt adhuc magna ac semidiruta ædificia.

De Thitianis.

Erant olim ubi nunc est templum S. P. ad uincula.

De Traiani & Philippi Imperatorum.

Iuxta S. Martinum in montib. fuerant olim Thermae Traiani, Philippi uero in supercilio montis qui imminet S. Mattheo in merulana, quarum hodie quedam apparent uestigia.

De Nouitianis & Olimpiadis.

Vbi nunc est ædis S. Pudentianæ fuerunt olim Thermae Nouitianæ, ubi est templum S. Laurenti in Pali sperna fuerunt Thermae Olimpiadis.

De Constantini.

Extāt in dorso quirinalis ubi nunc caballi surgunt mar
morei magna uestigia Thermarum Constantini
Imperatoris.

De Deoclitiani.

Extant iuxta templum S. Susannæ .

De Domitiani.

Tradunt olim fuisse ubi nunc, est templum S. Siluestri
in campo martio.

De Gordianis.

Iuxta templum S. Eusebij sub proximo colle qui surgit
a sinistris fuisse olim tradunt Thermae Gordiani.

De Naumachijs.

Plures olim Naumachiae fuere, una in campo martio ab
Augusto constituta, creditur ibi fuisse, ubi nunc
est magna concauitas sub templo S. Trinitatis, al
tera in circo maximo.

De foris.

De foro Romano.

Satis constat fuisse inter Capitolium & palatiū mōtes.

De Caesaris.

Forum Caesaris foro Ro. iunctum erat, & in eo ambitu
fuisse creditur ubi nunc extat porticus faustinae.

De Augusti.

Foro Caesaris & fo. Ro. iunctum erat forum Augusti,
quod fuisse creditur ubi nunc est ecclesia Sancti
Adriani in tribus foris.

De Boario.

Inter forum Ro. & Tiberim occurit forum boarium,
ubi nunc est ecclesia S. Georgij, idest tota illa pla-
nities quæ ibi iacet.

De piscario.

Erat olim in eo ambitu, ubi nunc est ædis. S. Mariæ in
porticu.

De olitorio.

Erat olim ubi nunc uulgo dicitur platea montanaria.

De Neruæ.

Erat olim inter ædem nunc Sancti Adriani in trib. fō-
ris & templum Sancti Basilij ubi nunc sunt hor-
ti ad radices Capitolij.

De Traiani.

Continguum fō. Neruæ erat olim forum Traiani inter
Capitolium & Quirinalem, ubi columna Cocli-
dis adhuc extat.

De Suario.

Inter palatium uetus Dominorum Columneñ. & uia
quæ ducit in montem caballum ubi hodie sunt
horti, fuit olim forum suarium.

De Archimonij.

Erat olim ubi nunc est S. Nicolai de archimonijs tēplū.

De Salustiano.

Erat olim inter templum. S. susannæ, & portā sallariā
emminens hortis salustianis.

De Arcubus.

De Constantini.

Est iuxta

3
Est iuxta amphiteatrum quod coloseum uocant.

De Titi Vesp.

Extat adhuc iuxta eadem Sanctae Mariae nouae.

De Lucij septimij.

Extat ad radices capitolij, apud templum. S. Pe. in carcere.

De Boario.

Visitur adhuc iuxta eadem. S. Georgij in uelabro.

De flauij Domitiani.

Extat adhuc prope. S. Laurentium in lucina qui nunc uulgo dicitur arcus tropolij.

De Galieni.

Surgit adhuc in ex quitiis iuxta eadem. S. uiti in macello.

De Gordiani.

Erat ubi fuerunt esosa marmora, quibus extractum fuit palatium Cardinalis. S. Georgij.

De Theatris.

De Pompei.

Erat olim ubi nunc est palatium D. Ursinorum in campo quem florem appellant.

De Marcelli.

Erat olim ubi nunc est palatium Clarissima gentis sa- bellorum.

De Amphiteatris.

De Vespesiani.

Illud enim est quod nunc coloseum uocant.

De Pu. statij Tauri.

Surgit adhuc magna pars in mediis urbis manib. iuxta
ta edem. S. Crucis in ierusalē inclusum enim est
intra Cenobium fratrum.

De Circis.

De maximo.

Erat olim in valle quæ est inter palatium et auentinum
erat enim longitudine trium stadorum latitudi-
ne unius.

De Hamimo.

Creditur ibi olim fuisse ubi in medio nūc est templū. S.
Catherina, ubi hodie torquentur funes longitu-
do eius erat ab adib. olim petri margani & S.
Saluatore in pensili usq; ad ades Olim D. Lu-
douici Matthæi iuxta calcaranum latitudo in-
ter turrem, nunc cetrangoli, & appotecas ob-
scuras.

De Circo quem nunc agomme appellant.

Extat hodie pulcherrima circi forma in medio nunc ur-
bis centro, que agonne nominant.

De Neronis.

Fuit in uaticano ubi nūc adhuc erectus extat obeliscus
quem imperita multitudo iuliam. S. Pe. uo-
cant.

De Porticib.

De porticu Liuid.

Erat olim ubi nunc sunt ruine templum pacis.

De Gn. Octavi.

Fuit olim iuxta Theatrum pompeij.

De octaviae sororis augusti.

Fuit iuxta Theatrum marcelli.

De pompeij.

Iuxta eius curiam & theatrum fuisse dicitur.

De Lucij septimij.

Extat adhuc porticus in uestibulo. S. angeli in piscina.

De faustinae.

Extat adhuc magna pars ubi nunc est aedis. Santi Laurenti in miranda.

De porticu iulia.

Erat in foro ro. ubi nunc surgunt tres columnae marmoreae.

De Concordia.

Extat adhuc integra in cliuo capitolij octo columnarum erat prope hanc, & altera multo maior ex cuius uestigijs adhuc extant tres columnae fuit enim facta ad ornamentum capitolij.

De Antonini pij.

Erat in platea nunc presbiterorum iuxta. S. stephanum de trullio.

De Agrippae.

Extat adhuc pene integer ante pantheon.

De Columnis Coclidis.

De Traiani.

Cernitur adhuc erecta in eius foro altitudinis pedum 123. ubi coelea interior cum gradibus 155. cum fenestellis 45.

De Antonini pij.

Cernitur in campo Martio in regione columna, quæ ab ea nomen accepit altitudinis 176. pedum cū inferiore coclea & gradib. 104 fenestellis. 156.

De obeliscis.

De obelisco octauij Augusti.

Confractus in partes duas iacet in circo maximo pedū. 122. magnitudine.

De Solis.

Visitur hodie in multas confractus partes ad radices citatorij montis uersus Tiberim.

De Lunæ.

Cernitur adhuc in colle hortulorum in hortis Salustianis, qui locus girolus ab incolis dicitur.

De Obeliscis Mausolis Augusti.

Duo enim erant in Mausoleo Augusti quorum alter inter ruinas inuentus nuperrime efusus est iuxta ædem S. Rochi ubi nunc media uia lacet confractus, alter iuētus nec efusus post ædem S. Rochi.

De Tiberij.

Erectus cernitur iuxta ædem S. Petri. Duo parui nunc cernuntur Obelisci, alter in Capitolio in hortis aræ cœli, alter in platea S. Machuti.

Vnus item uisitur in terra iacens extra mœnia urbis, & templum S. Crucis in Ierusalem inter uinea.

Vnus ingens ac pulcherrimus iuxta ædem S. Sebastiani in circo Basiani inter caput bouis, & templum S. Sebastiani.

De Coloscis.

Multi fuerunt olim in urbe, sed nunc de ipsis nihil aliud uidetur nisi digiti & pedes, quæ in Capitolio nunc sunt.

De Piramidib.

Sepulchrum C. Cestij habet formam pyramidis, uisitur adhuc iuxta porta S. Pauli, in medijs urbis moenibus.

Fuit & altera piramis sub uaticano ac iuxta molem Adrianam, fuit enim olim sepulchrum Scipionis ut scribit acro.

De metis.

Quod nunc dicitur caput bouis olim meta erat, & est nunc sine apice.

De Cæmeterijs.

De Comodillæ.

Extant adhuc uestigia uia hostensi: iuxta eadē S. Pauli.

Cæmeteriū domitillæ uia ardeatilla iuxta S. petronillā

Eadem uia cæmeterium balbinæ priscillæ & basilei.

Cæmeterium protextati uia appia apud S. Ianuarium.

Cæmeterium Calisti ad eadem S. Sebastiani.

Cæmeterium Ciriacæ uia tiburtina ad S. Laurē, extra muros.

Priscillæ uia fallaria apud S. Siluestri.

Calopodii uia aurelia apud S. Calistum.

Cæmeterium ad insalatas uia portuen. iuxta S. Felicē.

Cemiterium inter duas laceros uia labicana iuxta S.
Balbinam ad ursum pileatum, si. erant multa alia
Cemiteria.

De Septizoniis.

Fuerunt olim duo & creditur fuisse in uia noua parietem
alter ab altero distat est enim moles inter palatium & coelum montem quam creditur olim fuisse Septilium est enim iuxta eadem S. Gregorii.

De Statuis.

Fuerunt olim statuæ sine numero pedestres et equestres.
Ex equestribus una solum extat in capitolio quam creditur
esse M. Aurelii Antonini siue L. Veri.

Fuerunt in tota urbe equi aenei deaurati numero 24.
eburnei 94. moris fuit Græcorum nudas ponere
statuas Romanorum tunicatas.

De Curijs.

Erat enim locus ubi agebatur senatus. Precipue uero
curiæ fuerunt, Curia uenis quæ fuit in angulo palatii
uersus colosseum, ut quidam tradunt.

Curia Calabria iuxta forum. Curia saliorum in palatio.

Curia hostilia prope templum pacis, fuit & alia curia
hostilia in coelio monte.

Curia Pompeiana fuit iuxta theatrum suum, ubi Cæsar
dictator interfectus fuit. fuerunt multe alie.

De Senatulis.

Tria enim fuere olim unum inter capitolium & forum
alterum ad portam capenam, tertium iuxta adē
bellanæ ad circumflaminium locus enim erat ubi
senatores consultandi gratia consistebant. Erat
& senatu cum matonarum in colle quirinali.

De carcere Tulliano.

Creditur ibi olim fuisse ubi nunc cedis S. Petri ÷ carcere.

De Marforio.

Creditur fuisse simulacrum Nar fluij. est aut nar flu-
uius haud lōge ab urbe qui perscopulos preceps
in tiberim labitur.

De carcere seu domicilio ple. Ro.

Erat enim ubi nunc est templum S. Nicolai in carcere
a Claudio xuiro extracto.

De monte testaceo.

Testaceus a testis ac fragmentis fictilium ita nuncupa-
tus. nam in eo ambitu apud ueteres figlinæ consi-
stebant.

De naualib.

Extant in proximo tiberino alueo ueterum nouorumq;
uestigia naualium, quem locum hodie ripam ap-
pellant.

De horreis.

Fuerunt olim sub auentino inter ripam Tiberis & te-

staceum montem disposita 140. horrea pop. Ro.
et erant ampla & oblonga, ut eorū ruinae ostendunt
in uinea haredum D. 10. Georgii Caesarini.

De salinis.

Proxime huiç loca ad radices auentini inter montem
et tiberim erant salinae, ubi priscis tēporibus ser-
uabatur sal.

De Basilicis.

Basilica pauli in foro cum frigijs columnis
Basilica argentaria fuit in foro ro.
Basilica optima fuit iuxta senatulum aureum.
Basilica macidij fuit iuxta circum flaminium
Basilica Alexandri: fuit inter cāpum martium, et septa
agrippina.

De Templis.

De Romuli.

Fuit olim ubi nunc est ædis. S. Cosmæ & damiani.

De Pacis.

Cernuntur hodie maxime ruinae iuxta ædem nūc S. Ma-
rie nouæ. Vespasianus autem eum condidit.

De Concordiæ.

Fuit enim sub capitolio iuxta eius porticum, fuit & ali-
ud in porticu Liuia.

De iridis & Serapis.

Vestigia eorū apparent nunc in hortis. S. Mariæ nouæ.

De Telluris.

Erat enim iuxta palatiū ubi nunc est ara coeli fuit olim
ædis

ædis Iouis fereirij.

De deorum penatum.

Fuit prope templum romuli.

De Castoris & polucis.

Fuit apud templum uesta.

De Vulcani.

Fuit olim ubi nunc est ædis S. Theodori.

De Herculis.

Erat ubi nunc est ædis S. Staphani prothomartyris

De pudicitie.

Erat olim ubi nunc est ædis S. Mariæ ægyptiacæ

De pietatis.

Fuit in theatro marcelli.

De Vestæ.

Erat ubi nunc est ædis S. Mariæ liberatricis siue S. sil-
uestri in Lacu.

De ueneris & cupidinis æde.

Erat iuxta ædem S. crucis in ierusalem.

De faustine.

Erat olim ubi nunc est ædis S. Laurenti: in miranda.

De ueneris genitricis.

Erat in foro ubi nunc sunt tres columnæ marmoreæ.

De Paladis.

Creditur illam turrem fuisse quæ extat ante porticum
faustine. Demolita fuit a paulo tertio Pontifice.

De Isidis.

Creditur ibi fuisse ubi nunc est ædis S. Mariæ magniro.

De Martis.

Creditur fuisse ubi nunc est ædis S. Martine.

De Mineruæ .

Visuntur adhuc uestigia in hortis S. Mariæ de mineruæ
ua monasterium S. dominici.

De Pantheo .

Nunc S. Maria rotunda nominatur.

De boni euentus.

Fuit olim iuxta pantheon ubi nunc sunt ædes olim D.
marij peruschi .

Templum quirini fuit olim ubi nunc est ædis S. uitalis .

De bustis gallicis .

Inter hortos nunc S. Mariæ nouæ coloseum & exquili
as fuerunt olim busta gallica qui locus hodie ab
imperito uulgo dicitur portugallus .

De Carinis .

Carinæ olim locus erat carinæ inuersæ instar in exqui-
lijs, incipiebat autē à taberneula quæ erat olim
in eo ambitu ubi nunc est ædis S. petri & mar-
cellini in uia labicana, & per supercilium mon-
tis exquilini protendebatur usq; ad busta galli-
ca, & inde ad ædem S. Lucie in scilice, unda lo-
cus hodie corrupto uocabulo uocatur carra. i.
carinæ .

De Campo Martio.

Campus Martius a marte dictus. Locus enim erat co-
mitiorum habendorum, & bellicæ exercitationis
certamini electus .

De insula tiberina.

Illam, est ubi nūc est ædis S. Bartholamei in insula apud
ueteres insula Iouis Lycaoniā uocabat in eaq; in
sula erant tria templa Iouis, æsculapij & fauni
sed insula Aesculapio sacra erat uisiturq; nunc
ibi nauis marmorea .

De Mausoleo augusti .

Extant adhuc magnæ ruinæ iuxta ædem S. Rochi occu-
pabant enim nemora ipsius totam illam planiti-
em quæ iacet inter tiberim & S. Mariam de po-
pulo .

De antiquo horologio campi Martij.

Vbi nunc est templum S. Laur. in Lucina in capella
noua copellanorum fuit olim basis illa nominatis-
sima & horologium superioribus annis esofum.

De septis campi Martij .

Erant olim iuxta columnam coclidis antonini pij .

De asilo .

Fuit olim ubi nunc est platea conseruatorum in capi-
tolo .

De Aerario publico.

Erat ubi nunc uisitur per rutum ac ruinosum sacellum
S. saluatoris in aerario iuxta hospitale S. Mariæ
in fortefi .

De templo bonæ deæ.

Creditur fuisse olim ubi nunc est ædis S. Mariæ auen-
tine.

De templo solis.

Quidã tradūt eam turrim fuisse ex eius ornamētis quæ
nunc uisitur in supercilio quirinalis montis.

De altatre & Appolonis .

Fuit olim ubi nūc ē Vinea olim Cardinalis Neapolitāi.

De Iani.

Fuit olim supra ædem nunc S. uitalis .

De fortunæ publicæ .

Fuit olim iuxta ædem S. uitalis .

De fauni capripeoli .

Erat Olim ubi nunc est ædis S. Stephani rotundi.

De Tropheis C. Marij .

In exquilijs iuxta ædem S. Iuliani uisuntur trophea C.
Marij septies consulis de triumpho cimbrico.

De Luco Iunonis Lucinæ .

Erat olim ubi nunc surgit ædis S. Mariæ Maioris.

De hortis salustianis .

Extant adhuc uestigia hortorum salustii in profunda ual-
le parum intra portam sallariam montem, quiri-
nalem, & collem hortulorum nunc ab incolis sa-
lusticum corrupte dicitur.

De equis marmoreis qui sunt in quirinali.

Tiridates rex armeniorum Romam eos detulit .

De Ludis floralib.

Fiebant olim sub uinea Cardinalis Neapolitani ubi nunc uisitur uallis inclusa parietibus nudis meretricibus cum omni uerborum ac lasciuorū motuum licentia .

De castris peregrinis.

Erant olim ubi nunc surgit ecclesia sanctorū quatuor.

De emporio.

Erat olim inter coloseum & S. Mariam nouam, ubi nunc sunt horti fratrum.

De uico tusco Cyprio & scelerato.

Quicquid iacet campi inter capitolium palatium auētinum & tiberim dicebatur uicus tuscus, uicus cyprius, et sceleratus, erat olim iuxta adem S. Pe. a uinculis.

De uijs quæ erant olim extra urbem.

De uia flaminia.

Est illa qua nunc egreditur porta populi.

De collatitia.

Est illa qua nunc auspiciatur porta pinciana.

De sallaria.

Est illa qua porta sallaria itur.

De figulensi & momentana.

Est illa quæ uisitur extra portam nunc sanctæ Agnetis.
De tiburtina.

Ea est quæ auspicatur porta nunc S. Laurenti.
De labicana.

Est illa quæ uidetur nunc porta S. Crucis.
De campana.

Ea est quæ egreditur nunc porta S. Ioannis.
De appia.

Ea enim est quæ uisitur extra portam nunc S. Sebastiani.
De hosuensi.

Est illa quæ auspicatur porta nunc S. Pauli.
De Consulari.

Est illa quæ nunc cernitur extra portam S. Pancratij.

De uijs quæ erant olim in urbe.

De alta semita.

Erat in dorso montis quirinalis & inchoabat a theronis Constantini imp. non longe a caballis marmoris & tendebat usq; ad portam S. Agnetis.

De uia lata.

Incipiebat enim in xta septa campi martij & uiam flaminiam & protendebatur usq; ad capitolium extat adhuc signa in platea sciare.

De suburra.

Suburra uero per radices exquiliarum lungo ambitu protendebatur usq; ad ædem S. Lucie in orfra.

De uia sacra.

Inchoabat iuxta arcum Costantini ut quidam tradunt Mar. Varro autem a Carinis, cum dicit Cari-

nas ab eo dictas, q̄ hic oritur caput uie sacre, ea enim per arcum Ti. Vesp. & forum Ro. ducebatur in Capitolium.

De uia noua.

Erat iuncta foro incipiebat a porta mugionis, deinde p̄ palatium & iuxta septizenum producebatur usq; in piscinam publicam & thernias Antonianas, ubi caput est eius uie.

De uia triumphali.

Erat per portam uaticanam tēdens usq; in capitolium.

De uia uitelia.

Tendebat a Ianiculo monte usq; ad mare.

De uia recta.

Fuit in campo martio. ut scribit Seneca.

De uia fornicata.

Fuit in campo martio iuxta flaminia septa ad usum militum.

F I N I S.

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...


... de ...
... de ...

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...

... de ...
... de ...





AGNOLETTO ANTONIO

LEGATORIA LIBRI

Via P. A. Micheli, 40/B

ROMA

